2

ACAD.
LUGD. BAT.
BIBL.

Ea quotidie in Principem & quosd. Ordines male-
dicta congeruntur, quæ omnium animos pro-
movent, sed meum imprimis. Ipsi scilicet
pacis concionatores pro concione lapides &
laqueos loquuntur. Et indies deterius hoc in-
crescit. Dni Ordines & Curia dissimulatione
remedia potius malorum quam mala differunt.
Atq. hinc virulenta, (: violenta scripseram:) illa
scripta quæ ubiq. in Batavis excuduntur atq. pro-
stant. & famosi isti libelli, quorum specimen heri
tibi sub vesperam misi, quod jam commodum
nisi fallor cum dedolu & aliorum tres nisi fallor
accepisti. Nolo mihi nunc istam provinciam
sumere, in hac temporis inopia, ut omnia ista
mala ominosa, quæ scis & admiraberis, ad te defe-
ram. Unum est necessarium in dignitas rei exter-
næ, ut e dignitate sit, & rei harum provincia-
rum, ut hi Ordines redigantur qui tam immaniter
aberrant, ne non tantum hic ista licentia se ipsa fiat
ferocior: sed magis ne exemplo suo excitet non unum
similis libidinis scurram. Hoc certius sane est
aliudve salutis nostræ principium. Hoc propera-
bam occasione hujus Pauli (quas ut quamprimum
habeas Principatus Reipub. interesse novi) sub
horam 7 d. 13. Novb. 1635.

Mea obsequia uxori & [illegible] tuis

Tuus Affinis

D. de Wilhem

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 31
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1289

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Wilhem) 31
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/1289